



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117824

§. 56. Anastasius Catholicos persequitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](#)

Sæculum VI. hibeat, cum interim id omni Hæretico.
A. C. 503. rum generi concedat. *Si Fides Catholica error esset, inquit, illum sicut cœteros omnes tolerare debuisses, aut si bunc dissimulare nolis, omnes cœteri cum eo tibi essent extirpandi.*

§. LVI.

Anastasius Catholicos persequitur.

Act. 5. Leono. *A*nastasius Imperator non erat simpliciter Eutychianus, sed Se~~c~~tator Ace-
de Sect. to. 4. Bibl. Pat. p. phalorum, qui etiam hæsitantes diceban-
97. Sup. 97. *Evagr.* tur, quia nullam sincere sequebantur
n. 21. Evagr. III. c. 30. Sectam. Sub initium Regni sui, Pacis conservandæ specie, prohibuit, ne ulla fieret innovatio; nempe volebat, ut singulæ Ecclesiæ, sicut erant, libertate recipiendi, vel rejiciendi Concilium Calcedonense fruerentur; Episcopos, qui illud Concilium ex eo tempore recipiebant, vel rejiciebant, pellebat, volens, ut omnes Zenonis Henoticum tanquam normam amplecterentur.

Lib. brev. Bellum, quod Anastasio ab Isauris, &
c. 18. Theod. aliis Barbaris, Persisque illatum propul-
Lett. 2. p. 561 sandum fuit, per aliquot annos Persecu-
Theoph. tionem in Catholicos distulit. At Bello
p. 128. confecto, anno Regni sui decimo sexto,
 IESu Christi 506. eosdem iterum vexare cœpit, & cœteris ferocius Macedonium Patriarcham Constantinopolitanum. Episcoporum aliqui, ut Imperatori assen-
 rentur,

rentur, Concilium Calcedonense rejec- Sæculum VI.
 runt; quorum primus fuit Eleusinius A. C. 506.
 Sasimensis in secunda Cappadocia. Im-
 perator Cyzico accersivit quemdam Sy-
 rum Semi Persam, habitu Sacerdotis ve-
 stitum, Religione Manichæum, Arte Pi-
 ctorem. Is in Palatio Helenæ Icones
 pinxit exoticas, & plurimum abhorren-
 tes ab Imaginibus sacris, quas Ecclesia
 approbabat; idque factum jussu Impe-
 ratoris, cui Manichæorum deliramenta
 placebant. Hæc res Constantinopoli
 magnæ Seditionis causa fuit; hinc Im-
 perator, Catholicorum, Concilii Calce-
 donensis Auctoritatem tuentium, zelum
 reformidans, jussit, ut urbis Præfectus,
 quotiescumque Populus inter publicas
 preces procederet, agmen clauderet,
 quod posteriori tempore in consuetudi-
 nem abiit.

Imperator Xeniam quoque Ieu Phi- *Sup. n. 18.*
 loxenem, impium illum Persam, quem
 Petrus Fulo Episcopum Hieropolitanum
 esse jusserrat, Constantinopolim advoca-
 vit. Xenias odio flagrans in Flavia-
 num Patriarcham Antiochenum, eun-
 dem accusavit, quod esset Nestorianus;
 cum Flavianus Nestorium, & Doctrinam *Epist. ad*
 ejus anathematizasset, Xenias instabat, *Alcis. Evag.*
 ut etiam omnes illos condemnaret, in *III.c. 31.*
 quos Nestoriani erroris suspicio cecide-
 rat, scilicet Diodorum Tarsensem, Theo-
Hist. Eccl. Tom. VII. M do-

Sæculum VI. dorum Mopsuestenum, Theodoreum, I.
A C. 506. bam, Eutherium Tyaneum, & plures a.
 lios, quorum aliqui re ipsa Nestoriani
 fuerant, alii, cum fuissent suspecti, se ple.
 ne purgaverant, & in Communione Ec.
 clesiæ decesserant. Xenias datis ad
 Eutychianos litteris eos contra Flavia.
 num concitabat; quare Eleusinius Sas.
 mensis, Nicias Laodicenus in Syria, &
 quidam alii diversis ex causis Flaviano
 infensi, junctis cum Xenaia consiliis,
 Constantinopolim venerunt, atque in
 Flavianum tanquam Macedonii Fauto.
 rem Imperatoris animum accenderunt.

Theoph.an. Nihilominus Imperator Xenaiam se.
506. p. 128. creto e Civitate dimittere compulsus est,
Xenias. quippe ejus adventus Catholicos, Cleri.
 cos, Monachos, populumque, vehemen.
 ter commoverat, & Macedonius Pa.
 triarcha cum ipso non communicabat,
Sup. n.21. imo nec homini colloqui dignatus fue.
 rat. Jam exinde Anastasius Imperator
 animo constituerat, Macedonium per.
 dere, & in æquitatis speciem obtende.
 bat Religionem. Euphemius Patriar.
 cha, antequam Anastasio Coronam Cx.
 saream imponeret, litteras exegerat, qui.
 bus promittebat, nihil se circa Religio.
 nem innovaturum, & hæ litteræ Mace.
 donii tunc Ecclesiæ Constantinopolita.
 næ Thesauro Præfecti Fidei fuerant com.
 missæ. Postquam electus fuit Patriar.
 cha,

cha, has litteras Anastasius addito im-Sæculum VI.
perio repetiit, quod Dignitati suæ con- A. C. 506.
tumeliosas crederet. Macedonius eas
reddere fortiter recusabat, dicens, nun-
quam commissurum se, ut ita Fidem pro-
deret. Hæc constantia Persecutionem
in se concivit. Inimici Macedonii sica-
rium nomine Acholium subornarunt,
qui interceptum gladio confoderet. Ma-
cedonius re comperta, ut Bonum pro
Malo redderet, Acholio censum annum
constituit. Eadem misericordia fuit in
alios quosdam pauperes, qui Ecclesiam
diripuerant.

§. LVII.

Persecutio in Africa.

In Africa quoque Persecutio in Chri- *Sup. n. 12.*
stianos recruduerat. Guntamundus *Isid. Hist.*
Vand. æra
Rex, cum anno 484. Hunerico successis- *514. Vist.*
set, dedit Pacem Ecclesiæ, & Catholicos *Tun. Chr.*
ab Exilio revocavit. Nihilominus ali-
quod Persecutionis genus non defuit.
Anno Regni sui tertio Carthaginensibus
Cœmeterium S. Agilei, revocato ab E-
xilio Eugenio eorum Episcopo, restituit.
Anno decimo, nempe 494. omnes Eccle-
sias aperiri jussit, postquam annis decem
mensibus sex diebus quinque, a septima
Febr. anni octavi regnantis Hunericus us-
que ad diem ultimam Aug. hujus anni,
clausæ fuissent. Guntamundus etiam

M 2

S. Eu-